

213* Quintodecimi XII a Benevento lapide.

P · BLASIO · L · F
DECVRIONI · BENEVENT
QVI · VIXIT · AN · XXVIII
M · XI · D · XIX
5 L · BLASIVS
ET · ASINIA · RVFINA
PARENT · INFELIC

Verusius f. 27 e ms. Alphonsi de Blasio contendens eam sibi missam esse a notario Io. Petro Romano Mancusii publico instrumento exaratum; 'attamen', caute addit Verusius, 'oculo magis quam stipulationi credendum est'. Blasii huius, de quo dixit Ioh. Nicastro pinacoth. Benevent. p. 203, alteram fraudem notavimus ad n. 498*. Garruccius Ben. p. 145 (cf. p. 7) quamquam a Verusio admittitus, nihil minus hunc titulum inter genuinos admisit.

214* [= 1538] 'Beneventi, sed non antiquum monumentum' VERVSIVS.

aemiliae ingenuae adolescentulae | dulcissimae silanus fratiatura | pater piissimus et infe-

licissimus | dedit

Verusius f. 43'. Inde Pacichelli *lett. fam.* 1, 59, ex eo de Vita IX, 199; ex hoc Donat. 358, 5.

215* [= 1389] ad pontem Caloris in ruinis aedificii epistylium ter fractum PRATILLI; prope ripam Caloris, sed lapis in frusta et rudera paene abiit DE VITA.

HERCVLI · SERVATORI · SAC · PRO · SALVT · IMP
M · AVREL · COMMODI · PII · AVG · COLON · BENEVENTAN

Pratilli p. 454; de Vita p. 79 et I, 45 e schedis Viglioni.

Hunc titulum in editione priore inter genuinos reliqui, quod tum malam fidem Vitae non satis intellexeram, nec audebam contendere cum ex schedis Viglionii citasse titulum, quem ex solo Pratillio noto sibi falsario sumpsisset. Sed cum Vitae fraudes hodie pateant schedasque Viglionii eum constet non novisse nisi per Verusium, apud quem hic titulus non extat, omnino damnandus est: id quod et Henzenus (in add. ad ed. pr.) dudum fecit propter Herculis cognomen et nomen imperatoris parum recte enuntiatum, et probavit Garruccius diss. arch. 1, 178.

216* [= 292*] Beneventi ad ripam Caloris rep.

felicib. auspiels | caes. diui neruae f | traiani augusti | germ.
dacici p. p | condita colonia | beneuentana | per t. iul. phi |

Pratilli p. 451 ab Hieronymo Albino (inde Donat. 346, 2). Damnavit de Vita p. 38.

217* [= 293*] Beneventi rep. ad ripam Sabati.

diuo commodo | augusto | pio felici p. p | restitutori scen |
theatr. sacror | certamin. et publ | aerari et thermar | bene-
uentani | d. d

Pratilli p. 448 ab archidiacono Io. de Nicastro.

218* [= 294*] Beneventi rep. extra portam Rufinam.

m. alfio m. f. m. n | pal. renato | decur. primo rei publ | be-
neuentanor | praef. sacr. ceremon | augustal... | et colleg... |
a se reno... | ob munif... | ordo et... | statuam p.... | m.
lepi... | plan....

Pratilli p. 408 ab Hieronymo Albino.

219* [= 295*] in sepulcro, in quo item fuerunt crepundia crystallina litteris
Graecis inscripta et ossa pueri, reperto prope pontem Leprosum in agro Phi-
lli Beri.

flau. max. fausta | aug.... spes reipublicae

Guarini *alcuni sugelli antichi* p. 83.

220* [= 1828] Beneventi *Calata dell' Olivella iuxta archiepiscopium.*

DV | EH | IL | I

Descripti ego, recognoverunt Hirschfeld et Dressel, qui recte noviciam iudica-
verunt, cum elementa intus non angulum faciant, sed quadratum.

221* Beneventi prope Alferios.

C R
+ LVPVS
R S

Descriptis O. Hirschfeld. Fr. Pacca ms. p. 435. Medii aevi, opinor.

222* porticus Octaviae titulum vol. VI n. 1034, qui sub praescriptione 'in fron-
'tispicio ecclesiae S. Angeli' apud Bononium cod. Ottob. f. 62 proponitur sic
corruptus: IMP · CAES · L · SEPTIMIVS · SEVERVS · PIVS · PERTINAX · ARABIC · ADIABE-
NIC · PARTHIC · MAXIMVS · PONTIF · PATER · PATRIAE · TRIB · POTEST · XI · IMP · XI · COS ·
III · PROCOS · ET · IMP · CAES · M · AVRELIVS · L · FIL · ANTONINVS · PIVS · FELIX · AVG ·
TRIB · POTEST · VI · IMP · VI · COS · PROCOS · INCENDIO CONSVMPTVM · RESTITVE-
RVNT, Mur. 457, 1 ex eo codice edidit sub praescriptione 'apud Pilosam
'oppidum euntibus Beneventum', quae praescriptio pertinet ad n. 2122.

223* 4 [= 1708] d. m. C. Petroni Ampliati Muratorii 1553, 9 (inde de Vita cl. IX
n. 426) errore relata est ad Beneventum, cum sit Bononiensis teste
ipso Accursio O. 425 sup. fasc. 29 f. 8'.

2 [= 1508] A. Octavio Eroni Muratorii 1404, 1 errore relata est ad Beneven-

tum, cum sit Lunensis (Mur. 442, 3) adhuc servata prope Carraram.

3 [= 1434] ... ep. L. pron. etianio Prisco a Grutero 1029, 11 relata sine
loco non Beneventana est, sed Lucensis (Gud. 133, 8; Mur. 726, 3).

4 [= 1686] dis manib. Nunniae Brysae a Muratorio 1269, 9 (inde de Vita
cl. IX n. 425) relata est ad Beneventum; Accursius autem, a quo
sumpsit Muratorius, O. 425 sup., collocat Carrariae in arce.

5 [= 1799] d. m. M. Ulpi Luciliani | uixit ann. xxxviii | mens. uii est apud
Accursium sine loci indicatione in folio solitario hodie adjuncto Bene-
ventanis O. 425 fasc. III; unde pro Beneventana dederunt Mur. 1767, 7;
de Vita cl. IX n. 424.

6 [= 288*] heleneae augustae inter Beneventanas datur a Lilio f. 164 (inde
per Reinesium de Vita p. 197 et cl. IV n. 5); est urbana vol. VI
n. 4435.

223* Inter Beneventanas apud antiquissimos autores quaedam se insinuaverunt
vere urbanas.

1. d. m. Q. Plotius Q. f. Quir. Romanus (Grut. 454, 10, ubi collo-
catur Romae in palatio Caprancensi)

Legitur sic ut dedimus imperfecte apud Scalmontium in vita
Cyriaci cod. Tarvis. f. 106' sine loci indicatione, ubi paulo ante
f. 405' praecedat arcus Beneventanus; inde reperitur relata inter
Beneventanas apud Felicianum Marc. f. 78, Ver. f. 102; Marcanovam Bern. n. 309; Ferrarinum Trai. f. 83; Redianum Ben. n. 6;
Iucundum Ver. f. 157; Apianum 103, 1; Mur. 1726, 17 ex schedis
Farnesiis; Verusium f. 34 ex Apiano.

2. L. Casseni Sospitani (Grut. 304, 7)
Benevento tribuitur apud Marcanovam Bern. n. 308; Redianum
n. 4; Iucundum Ver. f. 157; Apianum 103, 2; Verusium f. 15 ex
Apiano.

3. Caesar diu Aug. pont. max. ex s. c. refecit (vol. VI n. 878)
Benevento tribuitur apud Iucundum Ver. f. 157; Apianum 104, 1;
Grut. 187, 8; Verusium f. 7 ex Apiano; de Vita 5, 1 ex Apiano;
Donat. 209, 4.

4. L. Ragorio L. f. Pap. Urinatio (vol. VI n. 1503)
Benevento tribuitur apud Marcanovam Bern. n. 525; Ferrarinum
Reg. f. 87; Redianum Ben. 5 (inde Gud. 137, 4).

5. Ti. Cl. Lenius (Grut. 584, 3)
Benevento tribuitur apud Marcanovam Bern. n. 310 et Redianum
n. 3 et Iucundum auctum (neque tamen in ipso auctario) cod.
Zen. f. 134 et Apianum 102, 1 et Verusium f. 7 ex Apiano.

6. Fabiae Aconiae Paulinae (vol. VI n. 1780)
Benevento tribuitur apud Marcanovam Bern. n. 306 (ibidem n. 524
datur sine loci indicatione); Redianum n. 2; Iucundum auctum
(neque tamen in ipso auctario) cod. Zen. f. 134; Apianum 101, 2;
Panvinium fast. ad a. 1101 (inde Grut. 309, 3); Verusium f. 2 ex
Apiano, f. 4 ex Grutero.

7 [= 1719]. M. Postum. Heliodorus
Confusa cum n. 223*, 1 apud Apianum 103, 1 (inde Grut. 818, 11;
de Vita IX, 15 e Grut.). Benevento item tribuit Mur. 1892, 7 e
sched. Farnesi. et Scotti. Cyriacus habet sine loci indicatione.

224* Apud Marinum Sanutum f. 134' praeter ea quae modo n. 223* recen-
suimus vergentis Benevento attribuuntur haec quae videntur urbana omnia:

1. Martia L. f. Euhodia. Urbana Grut. 805, 4.

2. [= 1597]. L. Cornelius Satorinus. Pro Beneventana ed. Mur. 1533, 1
e schedis Farnesiis (inde de Vita IX, 122).

3. corpus T. Baebi. Urbana Grut. 903, 13.

4 [= 1705]. C. Passerius Anthimus. Aut Beneventana aut Pisauensis
secundum Mur. 1723, 5 e schedis Farnesiis et Valeriis (inde de Vita
cl. IX n. 89).

5. Mevius M. l. Bromius. Tarricinensis dicitur Mur. 1589, 11.

6. diis manibus Q. Auli Quintiliiani. Urbana Grut. 903, 9.

Haec redeunt fere in libris Chigiano I. VI. 203 f. 24'. 25 et in Vaticano 5245
f. 35'.

226* [= 275*] hic sit.... | mu... | prima iuventa fuit et quae sequuntur
relata apud Accursium O. 425 fasc. XXXI sine loci indicatione Mur. 1472, 7
(inde de Vita cl. III n. 23; Burmann anthol. IV, 306; Orelli 2856) temere
tribuit Benevento.

227* [= 1568] Caecilia Secunda a Gudio 346, 1 (inde de Vita cl. IX n. 85) ad
Beneventum relata urbana est adservata Florentiae (Gori 1, 107).

XLI. VENTICANE.

228* [= 289*] Dentecani.

dls manibus | m. minius m. f. fab | crispinus uet | sibi et mi-
niae coniugi sanctissimae | bene de se merito | s. t. t. leuis
Ligorius Taur. 1 s. v. Dentecani (inde Gud. 280, 6).